Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36486
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



statum iuxta litteram orandi consuetudinem tollimus qua dum genu po
sito supplicem adoramus et fixo in terra poplite magis quod abeo poscimus
impetramus. Legimus enim et paulum in litteris sic orasse. et geniculatio
nis in oratione preceptasse. Sed illud edificat simplicem. sic uera genu
flexione et docemur in animo. qua multa corporalem flectentes genu ani
mam nequaquam poplite curuauerit et erectio dum corpore
deprecantes. magis et animo curuauerit. Porro quod sequitur. ad patrem
ex quo omis paternitas in celis et in terra nominatur. non ut in latinis codi
cibus additum est. ad patrem domini nri ihu xpi. s; simpliciter ad patrem legen
dum. ut di patris nomen dno nro ihu xpo. s; omibus creaturis ratio
nabilibus coaptetur. Querendum quoque quomodo ex do patre omis paternitas
in celis et in terra sit nominata. et simul antequam aliquid retractetur
notandum quod non dixerit. ex quo omis paternitas in celis et in terra nata
est et creata. s; ex quo omis paternitas in celis et in terra nominatur. aliud enim
est appellationem paternitatis mereri. aliud naturae habere consor
tium. Paternitatem quae in greco. πατρια. in hebreo mesphat. id est
cognatio et familia dicitur. Legimus et in numeris. Tolle inquit summa
omis synagogae israel iuxta cognationes et populos. secundum domum patern
tatum iuxta numerum nominum eorum. Et post paululum. Hii sunt
synagogae principes tribuum iuxta paternitates suas duces israel.
Et rursum de tribu leui. Et locutus est dns ad moysen in deserto
syna dicens. Numera filios leui secundum domus paternitatum suarum.
secundum populos eorum. secundum cognationes eorum. omne masculinum a mense
uno et supra considerate eos. Hec de populo israel et de sacerdotali
ac leuitica tribu. ceterum mecum ipse puractans ubi et de gentibus pa
ternitatem ~~uotu~~ uocabulum legerim. nunc interim aliud non inuemo
nisi uicesimum primum psalmi testimonium in quo scriptum est. Et adorabunt
in conspectu eius omis patrie gentium. Et in nonagesimo secundo et uicesimum
octauum psalmi. adferite dno patrie gentium. adferite dno gloriam
et honorem. adferite filios arietum. Quomodo quoque dicit essentiae suae nomen
atque substantiae et ceteris unguit elementis. ut ipsa quoque et di
cantur non quo secundum naturam sint. fuit enim tempus quando uniuersa non